



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCXIV. ad annum CCCXLVI.

Parisiis, 1644

X. De his qui cum haereticis nuptiarum copula iunguntur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15072

VI.

Quod hæretici non permittendi sint ingredi in domum, in hæresi permanentes.

VII.

De his qui ab hæreticis conuertuntur, id est, Nouatianis, aut Photinianis, aut Tessaradecatitibus, siue baptizati sint illi, seu catechumeni, non ante suscipiantur, quam omnes hæreses anathematizent, & præcipue illam qua detinebantur. Et tunc demum hi, qui apud eos dicebantur fideles, nostræ doceantur fidei symbolum; & vncti sancto christo, sic mysteriis communicent sacrosanctis.

VIII.

De his qui conuertuntur ab hæresi, quæ dicitur Cataphrygarum, & si in clero qui apud eos esse creditur, fuerint, & si maximi nominentur, hos sub omni diligentia ab Episcopis Ecclesiæ vel presbyteris instrui & baptizari conueniet.

IX.

Quod non permittantur Ecclesiastici ad hæreticorum cœmeteria, vel ad ea quæ ab eis martyria appellantur, orationis causa vel sanitatis accedere: sed huiusmodi, si fideles fuerint, certo tempore communionem priuari: pœnitentes autem, & confitentes se deliquisse, conuenit suscipi.

X.

Quod non oporteat indifferenter Ecclesiasticos fœdere nuptiarum hæreticis suis filios filiarumque coniungere.

XI.

Quod non oporteat eas, quæ dicuntur presby-

ANNO
CHRISTI
...